



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 3. Quænam est materia Contractuum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**



rum, cui additur accidens; & hic quintuplex est. 1. Dicitur ad diem, cum præfigitur dies, ante quem non oriatur obligatio solvendi, vel tradendi, aut actio. 2. Sub modo cum additur modus sub quo contractus obliget, v.g. dono tibi hunc equum cum hac obligatione, ut loces domum tuam Titio. 3. Ad causam, cum fit ob aliquam causam. 4. Ad demonstrationem, cum apponitur aliquod signum ad rem, vel personam ostendendam. 5. Sub conditione, cum apponitur aliqua conditio.

*Q. 3. Quænam est materia Contractuum?*

*Resp.* Omnia bona, quorum quis, & dominium, & administrationem habet: nam bona illa possunt transferri in dominium, & administrationem, vel usum alterius.

*Q. 4. An omnis contractus obligat in conscientia?*

*Not.* 1. Effectus contractus est obligatio, quæ definitur, Juris vinculum, quo astringimur ad aliquid dandum, aut faciendum, aut patiendum, vel non dandum, aut non faciendum. Triplex est obligatio. 1. Merè naturalis, quæ nascitur ex solo Jure naturali, & semper obligat in conscientia, sed non parit actionem in foro externo, 2. Merè civilis, quæ parit actionem in foro externo, ob aliquam præsumptionem falsam, sed non obligat in con-